Et ratio dubitandi est: quia est idem effectus corporalis motionis & excitationis spirituum, subservientium generationi, ratione cuius effectus, & quidem solius, videtur delectatio morosa esse mortaliter peccaminosa. Si vero ergo delecteris venere de copula fornicaria seu de copula sodomitica, vel de pollutione aut bestialitate, non apparet aliqua diversa specie malitia contra castitatem. Ita docet Arriaga de Peccatis disp. 47. n. 25.

Cum (inquit) ut supra diximus, delectationum malitia non desumatur ex malitia objecti; probavimus enim de objecto bono posse esse malas, sed praecise ex eo, quod causent pollutionem & motus, ut in hac conclusione supponimus: hi autem motus & pollutio eadem sint, sive ex sodomia cogitata; sive ex fornicatione provenientes, non video cur debeat indè desumi ulla diversitas specifica peccati: sicut in sententia illorum, qui dicunt, peccare contra castitatem eum, qui dat causas pollutionis in cibis vel equitatione. Certè si eodem modo sequatur pollutio ex cibis, quo ex equitatione; idem omnino erit peccatum equitare, quod comedere. Hæc ille.

Porro Dicastillo disp. 9. n. 624. Quamvis (reponit) ea commotio, secluso respectu ad actum delectationis, ex quo procedit, sit ejusdem speciei physice loquendo; non tamen est ejusdem speciei moraliter: quia si procedat ex actu delectationis cogitatae copulae naturalis, est inchoatio illius, si verò ex delectatione cogitatae copulae sodomiticae, est inchoatio sodomicae; & sic de reliquis: proveniunt enim ab actibus, directè respicientibus diversam in genere moris voluptatem, sicuti scetus ipsi consummati, licet eodem genere subministrationis physice seminis perficiantur, in genere tamen moris diversi sunt.

Ideo meritò Valquez 1. 2. disp. 112. n. 4. Salas 2. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 16. sect. 6. n. 60. Castrus Palao tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. n. 4. & Alij nostrae sententiae docent, explicandum in Confessione, si delectatio oriatur ex cogitata copula sodomitica vel bestiali; quia omninò sunt distincta à copula fornicaria, & specialem cum virtute castitatis oppositionem habent. Huc ille Dicastillo.

Rogas, quid ego sentiam? Respondeo I. commotionem illam esse ejusdem speciei tam physice, quàm moraliter loquendo, etiam factò respectu ad actum delectationis, ex quo procedit, nisi sit periculum proximum copulae cogitatae: tunc enim, sicut copula naturalis distinguitur specie à copula contra naturam;

indubiè etiam commotio, quae est inchoatio & proxima dispositio ad copulam naturalem, specie distinguitur à commotione, quae est inchoatio & proxima dispositio ad copulam contra naturam. Ratio: quia periculum proximum imbibit malitiam peccati; cuius est periculum. Hoc autem periculo secluso, nescio cur hæc commotio debeat dici inchoatio copulae naturalis, ista autem copulae contra naturam; & non potius tam hæc, quam illa commotio, inchoatio pollutionis seu molitiae, cuius semper est periculum, quando deest occasio copulae, sicut sepius deest.

Respondeo II. nihilominus illas delectationes venereas distingui specie, si directè & formaliter respiciant diversam voluptatem seu diversam malitiam; quae est in copula naturali & copula contra naturam, eodem modo, quo illa malitiae & voluptates distinguuntur: putamus quippe; delectationes venereas specie distingui per hoc objectum formale, sicut delectationes morosae in alijs materijs, adeoque explicandas esse in Confessione.

Ceterum existimat Felix de Peccatis cap. 15. diff. 7. n. 4. delectationem veneream in voluntate viduae de copula praeterita, & in voluntate sponsae de copula futura, non esse mortalem. Probat: nam objectum non est malum mortaliter; nempe copula conjugalis. Et confirmatur: nam plus est, approbare, cupere & desiderare, quàm delectari; sed in vidua non est mortale, approbare copulam praeteritam, & in sponsis cupere aut desiderare copulam futuram; ergo nec delectari de illa.

Et contra Valquez probatur: quia ipse ait, quòd si vidua delectetur ex motivo honesto, non peccat mortaliter: ergo neque peccabit mortaliter, si delectetur ex libidine. Patet: nam talis libido in actu conjugali non est mortalis: ergo nec delectatio ex libidine erit mortalis. Denique si delectatio de se est mala, numquam ex fine honesto bonificabitur: si ergo ex fine honesto est bona, ex fine malo venialiter solum, erit mala venialiter, non mortaliter. Ita praefatus Autor.

Et quod magis fortè mireris, docet ibidem n. 6. delectationem veneream etiam in appetitu sensitivo non esse mortalem. Probat: Quantumque voluntas est bona circa aliquod objectum, appetitus sensitivus illam sequens, necessariò est bonus; immo faciliùs excusatur actus appetitus, quàm voluntatis: sed delectatio voluntatis in vidua non est peccatum mortale; ergo nec delectatio appetitus sensitivi.

Et confirmatur: nam vel talis delectatio appetitus est ante consensum voluntatis, vel non. Si ante, ergo non est peccaminosa: si post, ergo cum consensus voluntatis non sit peccatum; ergo neque delectatio appetitus sensitivi, quippe habent idem objectum. Hæc ille.

Si objicias ex Sanchez lib. 1. Sum. cap. 2.



Objectio ex Sanchez. n. 33. Delectatio voluntatis potest esse de objecto conditionali; nam intellectus, ex cujus cognitione voluntas movetur, potest apprehendere & proponere voluntati objectum conditione vestitum, ac à malitia præcisum: secus verò delectatio appetitûs; nam imaginativa seu æstimatoria, ex cujus apprehensione movetur appetitus sensitivus, nullam conditionem apponere potest: quia in conditionabilibus est affirmatio & negatio, & in copula conditionali est quædam illatio; æquivalens enim cuidam Antecedenti & Consequenti, ut: Si homo est animal, est sensibilis, æquivalens huic: Est animal, ergo sensibilis. Insuper in conditionalibus est quædam collatio & præcisio unius rationalis ab alia. Quæ omnia solius intellectûs sunt.

Respondet Felix supra n. 7. Quod imaginativa potest representare objectum, abstractum ab usu licito vel illicito, & in illud potest ferri appetitus, sicut fertur voluntas. Sicut secundum Sanchez n. 35, licet delectatur appetitus laici apprehendentis se Sacerdotem, ac audiendarum Confessionum jurisdictionem habentem, magnoque fervore Confessiones excipientem; aut se ex domini licentia numerosam pecuniam expendentem; aut se iudicem rectè munus suum obeuntem, ac de malefactoribus iustissimas pœnas sumentem; nam hæc omnia conditione desituta mala sunt, & appetitus sensitivus fertur in ea absolutè, & conditione desituta. Hucusque Felix.

Et prosequitur dicens: sed instat Sanchez, quod actus veneris, & actus vindictæ, furandi &c. habent in se intrinsecam malitiam imbibitam, & ita nisi apponatur conditio malitiam auferens, delectatio de illis est mala, at verò audire Confessiones &c. sunt de se bona, & non habent malitiam imbibitam, quamvis ut rectè fiant, indigeant conditione. Unde nisi quis delectetur de absentia conditionis, non delectatur de re illicita.

Respondeo; Quod sicut in delectatione venerea, ut non sit mala, necessarium est simul conditionem apprehendi: ita similiter in delectatione vindicandi de malefactoribus oportet apprehendere conditionem, nempe esse iudicem: nam non apprehensa conditione, talis actus est malus, ac per consequens & delectatio circa illum; nam audire Confessiones non Sacerdotem, malum est; & ut bonum sit, debet ad minus apprehendi Sacerdotium. Hæc Felix.

Ego autem sustineo, delectationem veneream non solum in appetitu sensitivo, sed etiam in voluntate esse mortalem, quibuscumque circumstantiis honestis voluntas se muniat (ut patet ex dictis) idque quia objectum ejus mortale est, scilicet copula carnalis præsens, quæ tum viduæ, tum sponsæ, mortaliter illicita est defectu matrimonij præsentis.

Pro quo adverte differentiam inter desiderium & delectationem, quod desiderium pro objecto suo habeat rem futuram (est quippe prosecutio alicujus boni absentis) delectatio autem rem præsentem; est quippe propositio in bonum præsens. Desiderium (inquit Felix supra de voluntate Dei cap. 6. diff. unicâ n. 13.) est de bono non habito; ergo de bono cognito vel futuro vel possibili. Et n. 16. Delectatio (inquit) est affectus & propositio in bonum præsens & possessum.

Igitur delectatio venerea est affectus & propositio in copulam carnalem præsentem: ergo perperam dicit Felix supra de Peccatis c. 15. diff. 7. n. 4. Talis delectatio in voluntate viduæ de copula præterita, & in sponsæ voluntate de copula futura, non est mortale.

Similiter falsum est, quod ibidem ait: Plus est cupere & desiderare, quam delectari, cum (secundum omnes DD.) plus sit frui Deo & delectari de Deo jam præsentem & possessum, quam ipsum absentem desiderare seu sperare. Proinde non sequitur: licet sponsa desiderium copulæ conjugalis, ergo etiam delectatio de copula conjugali; quia copula conjugalis futura est licita sponsæ, secus autem copula conjugalis præsens.

Respondet Felix supra n. 5, concedendo delectationem non ferri nisi in objectum præsens: matrimonia ista viduæ & sponsæ licet non sint præsentia in re, sunt tamen cognitione, & ita delectationes sunt licitæ; nam actus circa objectum malum, apprehensum ut honestum, sunt honesti: sunt tamen consulenda viduæ & sponsæ, ut abstineant à talibus delectationibus, ne exponant se periculo consentiendi directè aut indirectè in præsentem libidinem, & frequenter inducunt periculum peccati mortalis. Hæc ille.

Sed contra: Illa præsens libido vel est mala, vel non: si mala, quomodo ergo delectationes libidinosæ sunt licitæ? Si non est mala, cur malus erit consensus in eam directus vel indirectus? Cur ergo consulenda viduæ & sponsæ, ut abstineant à talibus delectationibus propter periculum consentiendi directè aut indirectè in præsentem libidinem? Et verò si tales delectationes frequenter inducunt periculum peccati mortalis, vel ex hoc solo convincitur, eas non esse honestas seu licitas; cum frequens periculum peccati mortalis, censetur meritò periculum proximum.

Deinde interrogo: quid est illa libido præsens? Numquid motio spirituum circa partes libidinosas? Et putas, quia vidua vel sponsa potest voluntariè illam motionem in se excitare absque gravi peccato? Minimè (inquit) sed bene potest illam permittere ex justa & rationabili causa. Esto: sed numquid solum permittit, qui ponit causam, ex qua de per se sequitur talis motio? Clarum est quod non. Jam autem

Responsio Felicia.

336. Infantia ex Sanchez.

Responsio Felicia.

337. Judicium Auctoris.

BOSCO

autem delectationi moniali, ex n. motionem. Ergo delectationem, etiam saltem indirectè id est, perfectè tale.

340. Oppositio n. 1110.

Nec refert; quod sponsæ sint præsentem matrimonium formationem, dum sponsa: numquid ergo præsentia in peccato fornicationis spirituum circa propositio ad fornicationem delectationem causare hujusmodi.

Ex quo patet delectationem veneream delectationem veneream apprehendentis rum Confessionum magnoque fervore. Nam objectum fornicationis per se honestum que aliunde in se objectum formaliter sit copula conjugalis equidem aliunde junctionem seu subserviendum licet nisi conjugatione nullatenus.

341. Primum illa licita aliqua delectatio sub conditione si non sit in se nisi honesta.

Itaque, ut sit veritas; Primò, contra jus naturæ conditione: Si prohibita: nam licet ex parte objecti affectus, qui sensus malitia, & nuda.

339. Oppositio n. 1110.

Secundò, non nunc illicitis, proream admittere, vel circumstantiis si conditiones ponantur. Patet ob finem honeste delectari de actibus excelsis, ratione aut ignorantia.

342. Primum illa licita aliqua delectatio sub conditione si non sit in se nisi honesta.

Neque bene pollutione inculcanda quandoque prode delectatur nequeat eam prode de Passione tum? Nullo tunc curare. Item potius moriatur i

autem delectatio ex libidine de copula matrimoniali, ex natura sua nata est cauere talem motionem. Ergo qui consentit in illam delectationem, etiam consentit in illam motionem, saltem indirecte. Ergo talis delectatio morosa, id est, peccata voluntaria, est peccatum mortale.

Nec refert; quod illa matrimonia viduae & sponsae sint praesentia cogitatione, quia etiam matrimonium sponsae posset esse praesens cogitatione, dum sponsus in re copularetur sponsae: numquid ideo copula foret licita? Sicut ergo praesentia illa non excusat copulam istam a peccato fornicationis; ita neque motionem spirituum circa partes libidinosas, quae est dispositio ad fornicationem; neque consequenter delectationem ex libidine, quae nata est cauere huiusmodi motionem.

Ex quo patet manifesta disparitas inter delectationem veneream de copula conjugali, & delectationem voluntatis vel appetitus Laici, apprehendentis se Sacerdotem, ac audiendum Confessionum jurisdictionem habentem, magnoque fervore Confessiones excipientem. Nam obiectum formale huius delectationis est per se honestum, & ut tale apprehenditur, neque aliunde inficitur aliqua malitia: at vero obiectum formale delectationis venereae, est idem sit copula conjugalis, quae per se honesta est; equidem aliunde inficitur malitia, propter conjunctionem seu effectum motionis spirituum subseruientium generationi, quae motio non licet nisi conjugatis, communi calculo DD. a quo nullatenus recedendum.

Itaque, ut finem imponamus huic controversiae; Primò, possum illicita (quae non sunt contra jus naturale strictum) desiderare sub conditione: *Si mihi liceret, vel: Si non essent prohibita*: nam licet haec conditio nihil ponat ex parte obiecti, ponit tamen aliquid ex parte affectus, qui fertur in obiectum praecisum à malitia, & nudatum à prohibitione.

Secundò, non possum de absentibus, hic & nunc illicitis, praesentem delectationem veneream admittere, quibuscumque conditionibus vel circumstantiis honestis voluntas se muniat, si conditiones & circumstantiae in re actu non ponantur. Patet ex dictis. Tercio, possum ob finem honestum (aliam non) inefficaciter delectari de actibus, ex se mortalibus, à culpa excusatis, ratione somni, ebrietatis, amentiae aut ignorantiae.

Neque bene sequitur: si liceat gaudere de pollutione inculpabiliter habita, licebit eam quandoque procurare. Siquidem Sacerdos licite delectatur de morte malefactoris, estò nequeat eam procurare. Numquid licet gaudere de Passione Christi propter bonum effectum? Nullo tamen modo licebat eam procurare. Item potest quis desiderare, ut peccatus moriatur in bono statu, ne forte redeat

ad peccata praeterita; quis propterea dixerit, me illam mortem posse procurare?

Ratio est: quia procurare pollutionem, procurare Passionem Christi, procurare mortem poenitentis, sunt ex obiecto suo mala, & à Deo prohibita; secus naturalis pollutio, passio Christi, & naturalis mors poenitentis: neque enim Deus prohibuit pollutionem, aut mortem naturalem, vel violentam malefactoris, sed occisionem innocentis, sed seminacionem, quae subest gubernationi nostrae, qualis non est illa, quae naturaliter contingit absque propria aut alterius cooperatione. Quidni ergo liceat eam desiderare, & de illa habita speculativè gaudere, propter bonum effectum? Si (inquit Doctor Angel. 4. dist. 9. q. 1. a. 4. ad 5.) placeat (pollutio) ut natura exoneratio aut alleviatio, peccatum non creditur. Item 3. Part. q. 80. a. 7. in corp. Sicut contingit sanguinem fluere absque peccato, ita & semen, quod est superfluitas sanguinis, secundum Philosophum.

Quid dicam de Passione Christi? Certum est, quod haec ipsa ex obiecto suo bona sit, quamvis actio pessima fuerit. Audiamus S. Leonem serm. 16. de Passione: *Namquid iniquitas persequendum Christum ex Dei est orta consilio? & illud facinus, quod omni maius est crimine, manus divinae preparationis armavit? Non hoc plane de summa iustitia sentiendum est: quia multum aversum est, quod in malignitate Iudaeorum est praecognitum, & quod in Christi est Passione apositum. Non inde processit voluntas interficiendi, unde moriendi, nec de uno extitit spiritu atrocitas sceleris, & tolerantia Redemptoris. Quid ergo miramur, si de tolerantia Redemptoris liceat gaudere, & non de atrocitate sceleris? Si liceat gaudere de Passione Christi, estò illicite eam procuraverint Iudaei?*

Si inferas: Ergo etiam licet desiderare & gaudere de venerea delectatione, quae per se concomitatur pollutionem naturalem seu inculpabilem.

Respondet N. C. Rationem disparitatis do: quia illa delectatio nullum alium habet finem à natura, nisi dissonare & incitare ad actum conjugalem. Cum ergo hic actus sit illicitus omnibus non conjugatis, etiam illa delectatio illicita erit. At vero pollutio secundum se est utilis ad alleviationem naturae immo aliquando ad consequendam sanitatem; ad quos effectus nihil juvat illa delectatio. Sicut ergo illi effectus secundum se in quocumque statu sunt liciti, pari ratione licitum erit desiderare & gaudere de causa illorum effectuum; secus eam procurare propter illos effectus: quia procuratio intrinsecè mala est, & à Deo prohibita, utpote peccatum contra naturam generationis, cum tamen pollutio naturaliter proveniens potius sit secundum naturam, cum vi ipsius naturae semen expellatur. Porro non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

Sed

340. Oppugnat

141. Possum illicite aliquando desiderare

342. Possum desiderare de aliquo re quam non possum procurare.

Probatum

343. Obiectio

Solutio



344. Infracta.

Sed contrà, inquis: etiam ebrietas est intrinsecè mala, & tamen licet se inebriare causâ sanitatis.

Soluitur.

Respondeo: Numquam licet se inebriare: quia ly inebriare significat sumptionem potûs inebriantis ex inordinata appetitione usque ad violentam privationem usus rationis. Potûs autem licet sumere potum inebriantem usque ad violentam privationem usus rationis causâ sanitatis ( ut Aliqui volunt ) quam se polluere ad eundem finem; quia non obstante tali fine adhuc pollutio repugnat castitati, quia est contra generationem; at verò privatio violenta usus rationis tali casu ( secundum illos Auctores ) non est contra sobrietatem, quia non repugnat regulæ ejus, quæ est bona corporis valetudo & dispositio ad mentis functiones.

345. Objectio.

Contrà: etiam pollutio tali casu non repugnat castitati; quia per ipsam homo, alioquin certò moriturus, fit magis aptus ad generandum: & quamvis generatio pro una vice impediatur, quidem non tam impedimentum, quam adjumentum censei debet, sicut licet pro parvo tempore impediatur usus rationis, illud tamen pro nihilo moraliter reputari debet.

Diluitur.

Responderetur disparitatem esse; quòd regula castitatis non sit bona dispositio ad generandum; sed vel abstinere omnimodè à veneris, vel illis moderatè uti; porò non est usus moderatus, ex quo nequit immediatè sequi generatio. Quamvis ergo per talem actum homo reddatur aptior ad generandum per alium actum subsequenter; nihilominus ex actu præcedente non potest immediatè sequi generatio. Aliud est in sumptione largioris potûs inebriantis; quia quando is potus sumitur causâ sanitatis, proximè & immediatè quasi ex eo sequitur bona corporis valetudo, & dispositio congrua ad mentis functiones.

346.

Quare non licet procurare pollutionem causâ sanitatis.

Ratio ultimata & maximè efficax, quare non licet procurare pollutionem causâ sanitatis, est voluntas Dei, quæ nobis constat ex communi sensu Ecclesiæ, à quo in re tanti momenti non licet recedere, sine periculo graviter errandi.

Profecò si tali casu liceret procurare pollutionem, frequenter homines sibi fingerent ejusmodi causam, propter nimiam propensionem in delectationem carnalem per se connexam; adeoque parum curarent de Matrimonio contrahendo, cum manifesto detrimto boni communis, id est, conservationis speciei. Ita Aliqui argumentantur: sed malè; nam licet pollutio posset esse utilis sanitati, hæud equidem illa delectatio; adeoque adhuc illicitum foret intendere illam delectationem, in eamque consentire. Ergò per hoc non impediretur Matrimonium, utpote necessarium, ut quis absque peccato consentiat in delectationem carnalem seminationis. Sed hæc satis de controversia; quæ non est propria hujus loco.

Superest ut respondeamus his, qui docent non esse licitum delectari de actibus ex se moralibus, v. g. homicidio, fornicatione &c. à culpa excusatis ratione formi, ebrietatis &c. non esse (inquam) licitum delectari, etiam ob finem honestum. Ita Felix de Peccatis c. 15, diff. 9. n. 4. cum Aliis, quos citat. Ratio (inquit ille) est: nam (ut sæpe dixi) delectatio seu complacentia, ex qua oritur, mutatur in malitiam ab objecto; sed tale objectum est malum; ergò & delectatio.

Si respondeas; objectum non esse malum, quia factum est absque libertate. Contrà (inquit Felix) libertas non requiritur ad malitiam objectivam, sed ad formalem: nam (ut docet Scotus Quodl. 18. §. De secundo) ab alio sumitur malitia, nempe à difformitate actûs cum natura rationali; & ab alio capite imputabilitas, nempe à libertate contingentia. Cum ergò delectatio libera sit, & circa objectum difforme; difformis & mala erit.

Secundò probatur: nam desiderare hos actus, est peccatum; ergò delectari de illis. Patet Consequentia: nam habent idem objectum. Ex quibus sequitur, quòd ex nullo motivo possit honestari talis delectatio, cum sit de objecto malo. Hucusque Felix.

Respondeo ad ultimum; desiderare inefficaciter hos actus propter bonum finem, non est peccatum: ergò similiter inefficaciter delectari delectari propter bonum finem.

Ad primam rationem dico, delectationem seu complacentiam inefficacem mutari quidem malitiam ex objecto; non tamen ex omni objecto, sed ex solo objecto formali: hic autem objectum formale est finis bonus; ergò & bona delectatio. Proinde si ipse actus malus, licet hic & nunc excusatus à formali peccato, foret objectum formale meæ delectationis, utique talis delectatio foret mala; immò peccaminosa, sicuti peccaminosa est delectatio circa fornicationem vel homicidium præcisè consideratum sine ordine ad actum externum.

Nonne qui vult efficaciter fornicari in ebrietate, peccat? Planè: non quia vult objectum formaliter malum seu peccaminosum (cum ebrietate fornicatio non sit formaliter mala seu peccaminosa defectu libertatis) sed quia illa fornicatio est materialiter mala, seu peccatum materiale, utpote objectum à Deo prohibendum. Ergò etiam delectatio morosa talis objecti erit formaliter peccatum; est enim affectus voluntarius seu liber conformis objecto, à Deo prohibito.

Dices: Lex non prohibet aut præcipit actum nisi voluntarium & liberum. Respondeo cum distinctione: non prohibet aut præcipit formaliter, concedo; materialiter, nego. Hinc distinctio inter peccatum materiale & formale. Lex (inquit Felix supra n. 5.) omne homicidium, factum ab homine privato, prohibet

hibet, & ita fecit quando non impeditur.

Sed contrà; si factu libertatis; et delectatio morosa; maliter peccaminosa formaliter peccata libertas, quæ delectationi; ac proinde formaliter peccata excusatur delectatio de objecto non.

Dices: Delectatio &c. excusata non est malum: delectari de honorantia vel ebrietate disparitatis: quia materialiter est in se illud homicidium.

Contrà: Lex Missæ, sicut præcipit ab homine iustæ tutelæ. Rõmissio Missæ est peccatum fornicationis, factum moderamine iustæ tutelæ.

prohibita, est dicitur habitum. Hinc quod non obligat extremum homicidium, est delectari de acma necessitate, & ergò similiter de facta, cum illa non di Missam.

Ex quo patet re aut gaudere de ta in somno, quod peccatum formali fornicatio objecti secus pollutio, naturalis, sicuti fornicatio.

Atque ex his conclusioni, & illis cumstantiam quæ singulos expendimur in totam Theologiaque ad circumspecta erit Conc

BOSICO

hibet, & ita semper est malum, licet aliquando non imputetur, defectu libertatis.

Sed contra; si aliquando non imputetur, defectu libertatis; ergo nec tunc imputabitur delectatio mortalis; cur enim delectatio sit formaliter peccaminosa, cum objectum ejus non sit formaliter peccaminosum? Respondeo: quia libertas, quae deest objecto, non deest delectationi; ac proinde licet objectum excusetur a formali malitia, defectu libertatis, non ideo excusetur delectatio quae libera est (ut supponitur) de objecto materialiter malo.

Dices: Delectari de omissione Missae, jejunii &c. excusatis ex justa causa, ut ex morbo, non est malum: ergo etiam non est malum delectari de homicidio commisso ex ignorantia vel ebrietate. Respondeo N. C. Ratio disparitatis: quia illa omisso Missae nequidem materialiter est mala, cum non sit prohibita; secus illud homicidium.

Contra: Lex prohibet omnem omissionem Missae, sicut prohibet omne homicidium factum ab homine privato, absque moderamine justae tutelae. Respondeo: N. A. nam talis omisso Missae est libera infirmo, & tamen non est peccatum formale: at verò homicidium liberum, factum ab homine privato, absque moderamine justae tutelae, foret peccatum: ergo omisso Missae tali casu non est mala, neque prohibita, estò homicidium sit malum & prohibitum. Hinc quia praecipit non furandi, non obligat extremè indigentem, nec praecipit homicidii, justè se defendentem; licitum est delectari de acceptione rei alienae in extrema necessitate, & de occisione injusti invaloris: ergo similiter de omissione Missae ex justa causa, cum illa non prohibeatur praecipit audiendi Missam.

Ex quo patet, quare potius liceat desiderare aut gaudere de pollutione naturaliter habita in somno, quam de fornicatione facta sine peccato formali in ebrietate: quia videlicet illa fornicatio objective mala est & prohibita; secus pollutio, quae tunc solum est evacuatio naturalis, sicut sudor vel fluxus sanguinis.

Atque ex his sit impostus finis hujus Conclusioni, & illis casibus, qui pertinent ad circumstantiam Quid; ne particulatim omnes & singulos expendendo ac trutinando, opus in immensum exerceat, dum falcem mittimus in totam Theologiam Moralem. Progrediar itaque ad circumstantiam, Vbi, de qua haec unica erit Conclusio.

CONCLUSIO XVI.

Peccatum externum in Ecclesia commissum contrahit inde aliquam malitiam sacrilegii, ad minus venialem, subinde etiam mortalem, ubi vel notabilis irreverentia in ipso actu apparuerit, vel specialis prohibitio intertulerit: propter quam placita saecularia, mercatus & alia, quae referuntur in cap. Decet, de Immun. Eccles. in 6. sacrilegia sunt mortalia vel venialia pro ratione materiae; sicut & furtum, etiam rei solum per accidens ibi existentis.

Quid hoc loco intelligatur per Ecclesiam, facile colliges ex dictis disp. 5. sect. 5. Concl. 18. ubi diffusè egimus de aliquibus actibus quibus Ecclesia polluitur, Iure Canonico ita statuente in poenam peccati sacrilegii seu irreverentiae: neque enim illi actus sacrilegi sunt, qui polluant; sed vice versa ideo polluant, quia sacrilegi sunt; id est, quia specialiter repugnant sanctitati Ecclesiae sive ex jure naturali, sive ex jure tantum positivo, ideo Jus Canonicum annexit illis hujusmodi poenam.

Sicuti in furto annexeretur Excommunicatio, non ideo furtum erit peccatum, quia Excommunicatio annexa est; sed ideo Excommunicatio annexa est, quia furtum est tam grave peccatum. Et idem est, si furtum prohibeatur in loco sacro sub Excommunicatione; non ideo furtum illud erit sacrilegium, quia annexitur Excommunicatio, sed è contra ideo annexitur Excommunicatio, quia est peccatum sacrilegii.

Quapropter non valet haec Consequentia: Occulta fornicatio, aut pollutio non polluit Ecclesiam, ergo non est sacrilegium specialiter in Confessione explicandum. Potuit quippe Pontifex velle prohibere quamcumque fornicationem aut pollutionem in Ecclesia (immo jure naturae videtur prohibita ut patebit ex dicendis) etsi noluerit annexere poenam violationis, nisi fornicationi aut pollutioni notoriae. Licet ergo ad effectum seu poenam violandi Ecclesiam, necessaria sit conditio publicitatis seu notorietatis (ut sic loquar) tamen

his, qui docent... actibus ex se mor... fornicatione &c. A... ni, ebrietatis &c... delectari, etiam... de Peccatis c. 15... citat. Ratio (in... è dixi) delectatio... oritur, mutatur... tale objectum est...

350... 351... 352... 353... 354... 355... 356... 357... 358... 359... 360... 361... 362... 363... 364... 365... 366... 367... 368... 369... 370... 371... 372... 373... 374... 375... 376... 377... 378... 379... 380... 381... 382... 383... 384... 385... 386... 387... 388... 389... 390... 391... 392... 393... 394... 395... 396... 397... 398... 399... 400... 401... 402... 403... 404... 405... 406... 407... 408... 409... 410... 411... 412... 413... 414... 415... 416... 417... 418... 419... 420... 421... 422... 423... 424... 425... 426... 427... 428... 429... 430... 431... 432... 433... 434... 435... 436... 437... 438... 439... 440... 441... 442... 443... 444... 445... 446... 447... 448... 449... 450... 451... 452... 453... 454... 455... 456... 457... 458... 459... 460... 461... 462... 463... 464... 465... 466... 467... 468... 469... 470... 471... 472... 473... 474... 475... 476... 477... 478... 479... 480... 481... 482... 483... 484... 485... 486... 487... 488... 489... 490... 491... 492... 493... 494... 495... 496... 497... 498... 499... 500... 501... 502... 503... 504... 505... 506... 507... 508... 509... 510... 511... 512... 513... 514... 515... 516... 517... 518... 519... 520... 521... 522... 523... 524... 525... 526... 527... 528... 529... 530... 531... 532... 533... 534... 535... 536... 537... 538... 539... 540... 541... 542... 543... 544... 545... 546... 547... 548... 549... 550... 551... 552... 553... 554... 555... 556... 557... 558... 559... 560... 561... 562... 563... 564... 565... 566... 567... 568... 569... 570... 571... 572... 573... 574... 575... 576... 577... 578... 579... 580... 581... 582... 583... 584... 585... 586... 587... 588... 589... 590... 591... 592... 593... 594... 595... 596... 597... 598... 599... 600... 601... 602... 603... 604... 605... 606... 607... 608... 609... 610... 611... 612... 613... 614... 615... 616... 617... 618... 619... 620... 621... 622... 623... 624... 625... 626... 627... 628... 629... 630... 631... 632... 633... 634... 635... 636... 637... 638... 639... 640... 641... 642... 643... 644... 645... 646... 647... 648... 649... 650... 651... 652... 653... 654... 655... 656... 657... 658... 659... 660... 661... 662... 663... 664... 665... 666... 667... 668... 669... 670... 671... 672... 673... 674... 675... 676... 677... 678... 679... 680... 681... 682... 683... 684... 685... 686... 687... 688... 689... 690... 691... 692... 693... 694... 695... 696... 697... 698... 699... 700... 701... 702... 703... 704... 705... 706... 707... 708... 709... 710... 711... 712... 713... 714... 715... 716... 717... 718... 719... 720... 721... 722... 723... 724... 725... 726... 727... 728... 729... 730... 731... 732... 733... 734... 735... 736... 737... 738... 739... 740... 741... 742... 743... 744... 745... 746... 747... 748... 749... 750... 751... 752... 753... 754... 755... 756... 757... 758... 759... 760... 761... 762... 763... 764... 765... 766... 767... 768... 769... 770... 771... 772... 773... 774... 775... 776... 777... 778... 779... 780... 781... 782... 783... 784... 785... 786... 787... 788... 789... 790... 791... 792... 793... 794... 795... 796... 797... 798... 799... 800... 801... 802... 803... 804... 805... 806... 807... 808... 809... 810... 811... 812... 813... 814... 815... 816... 817... 818... 819... 820... 821... 822... 823... 824... 825... 826... 827... 828... 829... 830... 831... 832... 833... 834... 835... 836... 837... 838... 839... 840... 841... 842... 843... 844... 845... 846... 847... 848... 849... 850... 851... 852... 853... 854... 855... 856... 857... 858... 859... 860... 861... 862... 863... 864... 865... 866... 867... 868... 869... 870... 871... 872... 873... 874... 875... 876... 877... 878... 879... 880... 881... 882... 883... 884... 885... 886... 887... 888... 889... 890... 891... 892... 893... 894... 895... 896... 897... 898... 899... 900... 901... 902... 903... 904... 905... 906... 907... 908... 909... 910... 911... 912... 913... 914... 915... 916... 917... 918... 919... 920... 921... 922... 923... 924... 925... 926... 927... 928... 929... 930... 931... 932... 933... 934... 935... 936... 937... 938... 939... 940... 941... 942... 943... 944... 945... 946... 947... 948... 949... 950... 951... 952... 953... 954... 955... 956... 957... 958... 959... 960... 961... 962... 963... 964... 965... 966... 967... 968... 969... 970... 971... 972... 973... 974... 975... 976... 977... 978... 979... 980... 981... 982... 983... 984... 985... 986... 987... 988... 989... 990... 991... 992... 993... 994... 995... 996... 997... 998... 999... 1000...

